

L. JOACHIMUS FELLERUS, P.P.P.

ACAD. LIPS. BIBLIOTHECARIUS,

& h. t.

COLLEGII PHILOSOPHICI

VICE - CANCELLARIUS,

ERUDITIS PROBISQUE VIRIS-JUVENIBUS,

HONORES PHILOSOPHICOS, QUOS MAGISTERIUM VOCANT, PRENSATURIENTIBUS

S. P. D.



Ad pileum vocari nihil aliud olim erat, quam vocari ad libertatem, phrasi Livio, Senecæ, aliisque latiniore ævi Scriptoribus usitata. Solebat enim manumittendis publice imponi pileus, tanquam libertatis symbolum; quod & ipsum Diocletiani, & Maximiani, imo & Justiniani, Imperatorum Romanorum Constitutiones testatum faciunt. Hæc loquendi formula quam vis cum manumissione ipsa abierit in desuetudinem, non incommode tamen usurpari hodieque de illis potest, qui ad capeffendos Doctoratus Philosophici seu Magisterii honores in Academiis invitantur. Nam & hi vocantur ad pileum, sive, ut ante CC. annos & ultra loquebantur, ad birretum; sicuti & eo tempore Magisterii Candidati non aliter quam birretandi in hac ipsa Philyræa appellabantur. Est enim inter insignia Magisterii birreti impositio, eaque conspicua maxime, & honoris non trivialis index. Birretum siquidem (dicente M. Virgilio VVellendorffero, Salzburgenfi, qui duobus abhinc seculis heic floruit, & A. 1536. ipso Epiphaniæ festo obiit, in Heptalogii sui sectione VIII. dubio III.) præfagit docendi auctoritatem: qui & mox: licet, inquit, birretum existat parvum in quantitate, magnum tamen est in honore, & eminentioris status signum esse affirmatur. Utinam semper signatum suo corresponderet signo! Cujus in dubio V. & hæc leguntur verba: Revera magnum est Magisterii nomen, quod scientia si non correspondeat, esse desinit. Præterea Episcopus & Cancellarius principalis Universitatis nihil realiter communicat huic, quæ ex sua gratia & intimata voluntate per literas Vice-Cancellarii ordinat atque constituit. Neque talis Substitutus & Vice-Cancellarius est propter hoc realiter immutatus. Neque ipse novellis Magistris sive Licentiatis ex sua delegata licentia aliquid scientiæ infundit, sed quoddam prohibens removere solet. Erat enim promovendus quasi prohibitus ad quadam publice resumendum; nunc autem ut sufficiens admittitur &c. Atque hinc vere etiam Nicolaus de Clemangis de studio Theologico: Non cappa doctorem facit, non birreti Magistralis impositio, non cathedra sublimior aut superior &c. Cui & fucinit M. Henricus Greve, Göttingensis, Juris olim in hac Alma Baccalaureus, & famigerabilis admodum Quodlibetarius (vocabantur autem id temporis Quodlibetarii, qui tanquam πανσιμωνες de quolibet, problemate scilicet, disputare docte & expedite poterant, qualis præter Grevium jam laudatum erat VVellendorfferus allegatus ipse, M. Virgilius de Salzburg communiter dictus, quod tot tamque varii argumenti scripta ab eo edita sat loquuntur, nec non M. VVolfgangus Schindlerus, Cubitenfis, Stipendii Schindleriani, cujus cura Collegiatis Collegii Principum Majoris hodiernum incumbit; & verè magnus ille Magnus Hund, Parthenopolitanus, qui & trium, vel secundum D. Andream Rivinum, Medicum olim & Poëtam Lipsiensem, in oratione quadam de doctoribus, quatuor Facultatum Doctor, legitime in hac Academia ante secula duo fuit promotus) in commentariolo super Authenticam Habitam MSS. to, quem Paulina nostra asservat: In collatione, inquit, Doctoratus non imponitur character, nec censetur aliquis Doctor ex potestate characteris; nam nullus intervenit character, sed ex potestate vel auctoritate officii datur eidem auctoritas, ut doceat &c. Birretum itaque illud tam honorificum ut ne dignis pariter atque indignis promiscue imponeretur, adinventi a sapientissimis Majoribus & alii sunt ritus, cum manumissionis dudum desitæ ceremoniis mirum quantum convenientes. Inter hos erat circumactio, quam Perfrus vertiginem, Justinianus circumductionem vocitat. Solebant enim manumittendi manu capiti imposita in orbem verti, qua ipsa circumactio, censente Ang. Politiano in Observationibus, id libertatis nanciscerentur, ut pro suo deinceps arbitrio, quorsumcunque vellent, movere se possent. Huic autem circumactioni ecquid magis simile est quam birretandorum (liceat nunc ad tempus cum Majoribus loqui) περιστρεφειν per circulos philosophicos deductio? Neque enim nisi per circulos examinari birretandi solent. Per circulos autem disciplinæ philosophicæ intelliguntur; quæ & olim, quia mutuo inter se nexu sunt colligatæ, ἐγκύκλια παιδεία, κυκλικὰ μαθήματα, ἐγκύκλιος παιδεία, κύκλος ἡ παιδεία, & una voce, ἐγκύκλιος παιδεία audiebant; notante Johann. a VVover Polymath. cap. XLIV. Huic circumductioni per circulos & aliud accedit geminum. Quemadmodum enim manumissioni olim verba addebantur solennia, & manumissis jus civitatis post deinceps non denegabatur, nominibus eorundem in tabulas publicas relatis: ita Magistri quoque nostri renunciantur solenniter, & Matriculæ Philosophicæ post promotionem mox inscribuntur; quin etiam NB, si in cathedra superiore, quæ & ipsis per Magisterium aperta est, prædis obierint munus, hoc ipso jus sibi acquirunt, in Curiis Nationalibus sua quoque suffragia, perinde ac Doctores ac Licentiati aliarum Facultatum heic promoti, de rebus propositis conferendi, & vacantia forte Nationum IV. beneficia, quæ Collegiaturas vocant, competendi; qua de felicitate Magistri alibi promoti gratulari sibi haudquaquam possunt. Sed quid vindex hic simile, inquit, seu virga aut festuca, ut Perfrus cum Plauto vocat, qua manumittendi olim percutiebantur? quid item παίσια manumittendis inflicto; qualia & hodie Nobilibus a Principibus, si armis gestandis idonei censentur, wenn sie wehrhaft gemacht werden/impingi mos est? Quod si verba aspera interdum fortius penetrant, quam dura verbera, quod nemo temere inficias iverit, sane neque in examine Magisteriali deest, quod ἐπιπαιγμασι illis quadantenus respondeat. Horum certe instar quoddam habet Vesperatio. Vesperatio vox barbara est, sic dicta a Vespera, qua pleraque finiri solent examina. Est autem, si rem spectes, (secundum Carolum du Fresne in voce Vesperia,) ultimus actus in universitatibus ad consequendam Doctoris dignitatem seu disputationem, quæ a Baccalario fit pridie, quam birreto doctorali donetur. Et huc spectat totus titulus XVI. de Vesperis in Statutis Facult. Theol. Viennensis, quem vide in Lambecii comment. de Biblioth. Cesar. Tom. II. c. V. p. 163. Eandem vesperationem in Academia Wittebergensi obtinuisse, locupletes nobis testes sunt Annales Facult. Theol. Witteb. cum annalibus cæterarum Facultatum: à D. Gotthredo Suevo 1655. editi. Nam in illis primi Theologici Doctores, quos inter & Megalander Lutherus extitit, vesperati dicuntur plerique & altero die promoti; quibus vesperis simillimæ erant disputationes serotina, Magisterio apud nos præmissæ, sed nunc antiquatæ, qualem tamen & me ante XXX. hos annos sub excell. D. Job. Ittigio, Phyl. PP. & Paulini Collegii Curatore, in Lampade, quam vocant, habuisse ante promotionem Magisterialem memini. Vesperatio autem (ita enim apud nos vocatur, non vesperatio) hodie nihil aliud est quam ἐπανόρθωσις seu correctio, quæ examini cuique sub vespere annectitur. Ita enim habent verba in Agendorum nostrorum parte speciali, sect. II. c. XVI: Communiter vesperantur (ut veteri verbo utamur) b. e. tam a Pro-Cancellario, quam ab Examinatoribus, habitis oratiunculis, reprehenduntur & incusantur, quod nec in examine ipsis satisfactum sit, & fore, ut accuratum de singulis judicium feratur &c. Nimirum cum ne doctissimus quidem ad ζητήματα omnia respondere examissim queat, nec eadem birretandorum, seu, ut latinius loquamur, Candidatorum indolis felicitas, idemque eruditionis sit apparatus, hac ipsa vesperatione seu censoria virgula ab Examinatoribus suis paterne admonentur, ut quicquid deesse sibi in Philosophia & humaniorum notitia intelligunt, id conumaci deinceps diligentia suppleant, seque adeo axiomaticè sibi propediem conferendo dignos Doctis Bonisque omnibus approbatum eant. Neque unquam defuerunt ex Candidatorum nostrorum numero, qui censuram id genus tanquam admonitionem paternam acceperunt, Erasmi illud suum facientes: Malim admoneri, quam laudari; admonitio proderit, laus ista nihil profuerit. Sed tandem ad rem. Advenit cum ipsa Dominica Adventus I. tempus illud anniversarium, quo ad pileum seu ad birretum petendum illi, qui Magisterii insignibus mactari volunt, solenniter à me sunt invitandi, quippe cui jam ante quadrimestre ad præviam Inclutæ Facultatis Philosophicæ denominationem a Reverendissimo & Serenissimo Domino, Domino CHRISTIANO, Duce Saxonia, Clivia ac Montium, Angaria item ac VVestphalia, Landgravo Thuringia, Marchione Misnia, nec non utriusque Lusatia, Comite de Marca & Ravensberg, Domino in Ravensstein, Episcopatus Martuburgensis Administratore, Academia Lipsiensis Cancellario unico & perpetuo, Domino meo clementissimo, Vice-Cancellarii partes ad instans Magisterium quam benignissime sunt indultæ. Ad pileum itaque, sive ad birretum capeffendum hoc ipso Vos voco, quotquot Magistri Lipsiensis nomen atque annexa huic privilegia ac beneficia suo æstimare pretio didicistis. Venite itaque, prensatores honorum horum mihi exoptatissimi, in Paulinam, quam curæ fideique meæ commissam nostis, d. III. Decembr. hor. II. pom. & quid vobis ante consuetam illam per circulos deductionem, quæ birreti impositionem antecedit oportet, factum sit opus, ex me, Vice-Cancellario Vestrum amantissimo studiosissimoque, tum percipite. PP. in Acad. Lipsienfi ipsis Kal. Decembribus Anni Messiani c10 lxx XC.

yc 6897
20

(I)


ULB Halle
002 690 90X

3



VD 17

11.2



L. JOACHIMUS FELLERUS, P.P.P.

ACAD. LIPS. BIBLIOTHECARIUS,

& h. c.

COLLEGII PHILOSOPHICI
VICE - CANCELLARIUS,

ERUDITIS PROBISQUE VIRIS-JUVENIBUS,

HONORES PHILOSOPHICOS, QUOS MAGISTERIUM VOCANT, PRENSATURIENTIBUS

S. P. D.



non correspondeat, esse desin-
dinat atque constituit. Ne-
fundit, sed quoddam probil-
Nicolaus de Clemangis
Göttingensis, Juris olim
quolibet, problemate scilicet
dictus, quod tot tamque
gii Principum Majoris h-
Lipsiensem, in oratione
bita MSS to, quem Pauli
eter, sed ex potestate vel aut
inventi a sapientissimis M-
vertiginem, Justinianus cu-
vationibus, id libertatis na-
birretanidorum (liceat nu-
culos autem disciplinæ p-
daia, & una voce, ἐγκυκλι-
nim manumissioni olim
quoque nostri renunciat
um aperta est, præsidis ob-
moti, de rebus propositi-
haudquaquam possunt.
manumittendis inflicto;
interdum fortius penetra-
Horum certe instar quoc-
Fresne in voce Vesperia, u-
tulus XVI. de Vesperis in-
genfi obtinuisse, locuple-
giæ Doctores, quos inter
pud nos præmissa, sed nu-
habuisse ante promotionem
mini cuique sub vespere
Pro-Cancellario, quam ab E-
mirum cum ne doctissim-
tas, idemque eruditionis
rum notitia intelligunt, ic-
que unquam defuerunt
neri, quam laudari; admon-

D pileum vocari nihil aliud olim erat, quam vocari ad libertatem, phrasi Livio, Senecæ, aliisque latini-
mittendis publice imponi pileus, tanquam libertatis symbolum; quod & ipsum Diocletiani, & Maximiani
rum Constitutiones testatum faciunt. Hæc loquendi formula quam vis cum manumissione ipsa abierit in de-
peffendos Doctoratus Philosophici seu Magisterii honores in Academia
ebantur, ad birretum; sicuti & eo tempore Magisterii Candidati non al-
a Magisterii birreti impositio, eaque conspicua maxime, & honoris non t-
nsi, qui duobus abhinc seculis heic floruit, & A. 1536. ipso Epiphaniæ festi-
nox: licet, inquit, birretum existat parvum in quantitate, magnum tamen es-
corresponderet signo! Cujus in dubio V. & hæc leguntur verba: Re-
us principalis Universitatis nihil realiter communicat huic, quæ ex sua gratia &
rius est propter hoc realiter immutatus. Neque ipse novellis Magistris sive Lice-
vendus quasi prohibitus ad quædam publice resumendum; nunc autem ut suffi-
doctorem facit, non birreti Magistralis impositio, non cathedra sublimior aut sup-
nigerabilis admodum Quodlibetarius (vocabantur autem id temporis
oterant, qualis præter Grevium jam laudatum erat VVellendörfferus alleg-
fat loquuntur, nec non M. VVolfgangus Schindlerus, Cubitenfis, Stipendi-
us ille Magnus Hund, Parthenopolitanus, qui & trium, vel secundum D.
tum Doctor, legitime in hac Academia ante secula duo fuit promotus.
quiens, Doctoratus non imponitur character, nec censetur aliquis Doctor ex po-
doceat &c. Birretum itaque illud tam honorificum ut ne dignis pariter
numissionis dudum desitæ ceremoniis mirum quantum conveniente
enim manumittendi manu capiti imposita in orbem verti, qua ipsa cir-
arbitrio, quorsumcunque vellent, movere se possent. Huic autem
) περιστάσει per circulos philosophicos deductio? Neque enim nisi per
olim, quia mutuo inter se nexu sunt colligatæ, ἐγκύκλια παιδείας, καὶ
m. a VVouwer Polymath. cap. XXIV. Huic circumductioni per circulos &
numissis jus civitatis post deinceps non denegabatur, nominibus eoru-
sophicæ post promotionem mox inscribuntur; quin etiam NB, si in c-
irunt, in Curiis Nationalibus sua quoque suffragia, perinde ac Doctore
tionum IV. beneficia, quæ Collegiaturas vocant, competendi; qua de
s, seu virgæ aut festuca, ut Persius cum Plauto vocat, qua manumittere
obis, si armis gestandis idonei censentur, wenn sie wehrbafft gemacht w-
no temere inficias iverit, sane neque in examine Magisteriali deest, qu-
x barbara est, sic dicta a Vespera, qua pleraque finiri solent examina. Est
quendam Doctoria dignitatem, seu disputatio, quæ a Baccalario fit pridie, quam
, quem vide in Lambecii comment. de Biblioth. Cesar. Tom. II. c. V. p. 163. E-
t. Theol. Witteb. cum annalibus cæterarum Facultatum à D. Gotthofre
esperiat dicuntur plerique & altero die promoti; quibus vespertiis simill-
e ante XXX. hos annos sub excell. D. Job. Ittigio, Phys. PP. & Paulini C-
tio autem (ita enim apud nos vocatur, non vespertatio) hodie nihil aliud
a in Agendorum nostrorum parte speciali, sect. II. c. XVI: Communit-
prehenduntur & incusantur, quod nec in examine ipsis satisfactum sit, & fore,
pondere examumissim queat, nec eadem birretandorum, seu, ut latini
u censoria virgula ab Examinatoribus suis paterne admonentur, ut qu-
ppleant, seque adeo axiomate sibi propediem conferendo dignos Doc-
tero, qui censuram id genus tanquam admonitionem paternam accep-
ad tandem ad rem. Advenit cum ipsa Dominica Adventus I. tempus il-
tum petendum illi, qui Magisterii insignibus mactari volunt, solenniter à me sunt invitandi, quippe cui jam ante quadrimestre
denominationem a Reverendissimo & Serenissimo Domino, Domino CHRISTIANO, Duce Saxoniæ, Clivia ac Montium, Angariæ item ac VVestph-
non utriusque Lusatia, Comite de Marca & Ravensberg, Domino in Ravensstein, Episcopatus Martisburgensis Administratore, Academia Lipsiensis
tissimo, Vice-Cancellarii partes ad instans Magisterium quam benignissime sunt indultæ. Ad pileum itaque, sive ad birretum capeffe
Lipsiensis nomen atque annexa huic privilegia ac beneficia suo æstimare pretio didicistis. Venite itaque, prensatores honorum h-
curæ fideique meæ commissam nostis, d. III. Decembr. hor. II. pom. & quid vobis ante consuetam illam per circulos deductionem
tet, factum sit opus, ex me, Vice-Cancellario Vestrûm amantissimo studiosissimoque, tum percipite. PP. in Acad. Lipsiensis ipsis Ka-